

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas ... Viro ... Dn: Cord von Scheven Vidua parat moestissima; Cives suos ... vocat

Rostochii: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775778842>


Druck Freier  Zugang



R h a n e, H.,
in
Cord. v. Scheven.

Rost. 1638.





HELVETIENSIS
LUD. & MARC. P.

DAVID
VITAE

...



...

Nudius tertius est, cum Civis apud nos spectatus CONRADUS von Scheven/ industrius admodum & felix Mercator, quod minime omnium cogitasset, in pretiosissimum unionem, qui regnum caelorum est, incidebat. Rerum suarum, ac mercium praecipue, ista commutatione ut nec sortiri fortunatius, nec unquam firmiores acquirere opes potuerit. Quamquam enim non facile defuerit, quod votis exposcere alij magnisq; laboribus impetrare solent, & in his singulari fortuna usus sit; expertus tamen saepius humanarum rerum vices est, & respondere nonnunquam spes vel abundare suas, nonnunquam deficere sibi ac penitus decollare vidit. Inprimis quoties horum temporum difficultates & negotiantium pericula secum reputavit. Qui itineribus nunc exclusi non tam remotis quam vulgaribus, terrâ sic eunt, tanquam nunquam redituri, mare sic navigant, veluti perpetuo jacturam facientes, mercibus ferme cunctis desperare debent. Quas utcumque pretiosas rarasque admodum consecrati sint, haerent illa aut apud se atq; exportari non possunt, aut cupido decoctori &

1. *Præcipue, ubi veteres negotiandi
abstinere se magnis comitatibus, & caute mercari,
b. e. parva cum suppellectile artem suam exercere,
recentes autem per alienum as, quod clande-
stine faciunt, corrumpere omnia & convertere incipi-
unt. Quibus dolis prudentissimi quique, perque infesta
latronibus etiam a via deprehensi, animos ac fortu-
nam despondent, aut periculis suis excepti, multo-
rum annorum labores, uno saepe in momento, & cum
jactura amittunt ejus, quod aestimari aut repeti à
mortalibus non potest. Hi scopuli sunt atque hac acro-
ceraunia, quorum sollicita recordatio, non alio facile,
quam ad æternas merces in vitare nostrum CON-
RADUM debuerit. De ceteris enim fluxis ad-
modum & caducis rebus, quarum tota vita nostra
plusquam referta est, ita cogitare solemus, quemad-
modum nos humum deterior pars nostri trahit. Et
est hujus urbis morbus, quanquam maritimum,
iste sit omnium, ut, non tam opifices, quam sapientie
magistri, ipsi illi qui vituperare hoc nefas solent, procul
à meditatione virtutis atque istius felicitatis, quæ tota
in animo sita est, ad ventris luxum omnia corporis que
desiderium referant, non secus veluti pecora, quæ
natura prona abdominiq; suo obedientia sinxit. Quan-
quam & hoc pœnarum simul attributum sit, ut quam-
primum sese conficere, & velut Diis iratis nati, custo-
dire*

dicere thesauros, ipse inter opes suas omnium rerum egen-
tissimi debeant. Quibus bene convenit, quod Au-
gusti libertus inter fabulas modulatur;


Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miserum torques Spiritum?
Tibi dico, avare, gaudium heredis tui,
Qui ture superos, ipsum te fraudas cibo:
Qui tristis audis musicum Citharæ sonum,
Quem tibi arum macerat jocunditas,
Obsoniorum pretia cui gemitum exprimunt,
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cœlum fatigas fordido perjurio:
Qui circumcidis omnem impensam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.


Sed de iis quid attinet vaticinari, postquam tam a va-
ra tempora nobis eosdem animos excutiunt? Quæ
profecto ulcisci cupiditatem nostram videntur, cum
expleri funeribus non sciant. Nisi agnoscere potius
fas sit cœlestis Numen, quod rerum incerta omnia, ca-
sus autem insperatos versosq; in contrarium nostro
bono submittit. Ut quocunq; ordine ac statione si-
mus, quod connatum nobis est, peccandi, quodq; post
hanc demum vitam consequimur, laborum finem re-
periamus. Quæ si quis cœlestis misericordia esse non
reputet, isti conditionem negotiantium per summas
proponamus. Qui tirocinia sua, immitti sæpe duraq;
cum disciplina, servorumq; inter greges & mancipia

executi, quicquid aetatis successit, quocumq; quam in-
mer *captura* clementi caelo, per inhospitales Caucasos & extremas
toto orbe horridas immanesq; gentes, inter famem ac
frigora divisi, inter spes ac metus, inter mille cruces &
supplicia non tam absumunt ac conficiunt, quam mise-
re torquent, & servilem prorsus in modum excruciant.
Adeo quidem, ut nemini rectius e venire quies
possit, nisi qui per suppellectilis curas, qualis mercan-
tium professio est, totq; laboribus exagitati, vita, quam
pro ergastulo habuerant, brevem sed difficilem sum-
mam reputare probe, & quantum sit tranquilla exi-
lisq; istius domus refugium, ex rationario suo subdu-
cere possunt. Et factura procul dubio moestissima vi-
dua est, ut, quem lugere nunc, conjunctissimum quon-
dam maritum suum debet, ita illum desiderare cu-
piat, ne reposcere in supplicia ac Sisyphum appetere vi-
deatur. Ingrata adversus tot exantlatos labores, ad-
versus auctam ex iis rem familiarem iniqua simul ac
crudelis futura, quod praemio quietis, quo nullum fa-
tigatis luculentius est, defraudare alteram sui partem
audeat. Ideoque cum annum feminis ad lugendum
majores constituerint, non ut tam diu lugerent, sed ne
diutius, mature cogitandum est, quantum in singulos
dies, velut pro dimenso lacrymis sublegere conveniat,
ut ne doloris infiniti nimis quam muliebris aut stulta
sit indulgentia, inter pietatem autem & luctum ita
temperetur, ut juste finiatur primo desiderium, dem-
ceps

ceps opprimatur. Nos animi ac doloris testem, quod par est
inter homines, non despondebimus, sed frequentes reddituri su-
mus has exequias, quibus & Republica, utilem admodum ci-
vem & industrium mercatorem comitatur. Facient etiam
nostri cives, ut intelligamus valuisse apud se commune jus mer-
talitatis atq; habitationis. Cujus causa, qui natus, quiq; apud
nos fuerit, breviter subiiciemus. Westphaliae vico, Sprock-
hövel / qui Comitatu Marchiae continetur, ortus noster CON-
RADUS est, Patre GEORGIO, matre MARIA Westens-
Eichen. A quibus in Ecclesie gremium receptus per Baptisma,
intra quadriennium destitutus, cognatisq; suis in tutelam com-
missus fuit. Qui in decimum usq; etatis annum literis eum,
praecipue rationibus conficiendis imbuti curarunt. Qua pe-
ritia ad nos statim accessit, & ex commendatione fratris sui
ARNOLDI traditus in disciplinam est integerrimo pariter
ac industrio quodam Civi hujus Urbis CHRISTOPHORO
Scheper / Aromatum insistori primario. Cujus viri per XI.
annos sic demeritus est amorem, ut ab eo gener lectus fuerit.
Iniitq; thalamum cum ANNA Virgine, post obitum Soceri, ex
data fide; cujus fructum quoq; longe uberrimum consecutus est.
Decem enim liberorum Pater factus, tres Deo remisit, CON-
RADUM, ARNOLDUM, ANNAM; septem superstiti-
bus eidem relietis, GEORGIO, CHRISTOPHORO, CON-
RADO minore, JOHANNÉ, ARNOLDO minore,
URSULA, & ANNA minore. Quibus ita, dum in vivis
erat, prospexit, ut per insomnes noctes diurna constituerit, &
maximis cum laboribus ac curis, felici tamen successu, patrimo-
nium, quod illi admodum incisum angustumq; erat, in majus &
pro sorte sua invidendum promoverit. Quo modo non tan-
tum sedulum domui suae ac familiae patrem, sed civem quoq; Rei-
publica perquam utilem & salutarem dedit. Importar enim
opera

opera & suo privati periculo, quod necesse, ut plurimum, quod
fructuosum quoque inter ceteros, quod opes, ad minimum faciebat,
& solatio pariter atque ornamento esset. Etiam si nonnullorum
invidiam, qui pari successu non uterentur, vix evitare po-
tuerit. Quibus nec ipsis animus deest, ex precijs rerum beatos
esse, & prater fortunam, quod magnopere graventur, nihil,
quod a se alienum sit, facile reperiri potest. De innocentia, que
nunc inter mortales rara est, inter Philosophos potius commen-
tandum est. Placide tamen in CHRISTO Salvatore, nos her
abdormivie conjugii anno septimo & decimo, vite quadragesi-
mo secundo. Conveniamus in hoc funere omnes,
ne ab hujus mercatura memoria caelestem non obliviscamur.
P. P. i. Junij A. C. & 1633.







dire thesauros, ipse inter opes suas omnium
tissimi debeant. Quibus bene convectus
gusti libertus inter fabulas modulatur;

Abiturus illuc, quo priores abierunt
Quid mente caeca miserum torquet
Tibi dico, avaro, gaudium hereditatis
Qui ture superos, ipsum te fraudas
Qui tristis audis musicum Citharam
Quem tibi arum macerat jocundum
Obsoniorum pretia cui gemitum
Qui dum quadrantes aggeras patris
Coelum fatigas fordido perjurio
Qui circumcidis omnem impensa
Libitina ne quid de tuo faciat huc

Sed de his quid attinet vaticinari, postquam
rata tempora nobis eosdem animos ex
profecto ulcisci cupiditatem nostram
expleri funeribus non sciant. Nisi ag
fas sit caeleste Numen, quod rerum ince
sus autem insperatos versosque in cont
bono submittit. Ut quocumque ordine
mus, quod connatum nobis est, peccan
hanc demum vitam consequimur, lab
periamus. Quae se quis caelestis miseri
reputet, isti conditionem negotiantium
proponamus. Qui tirocinia sua, immo
cum disciplina, servorumque inter grege

M 3

